

rit: praeteritam nostram vitae consuetudinem in vitibus emittite in memoriam revocare suadet, iuxta illud davidicum (*Ibid.*): *Peccatum meum contra me est semper*: seu, ut legit d. Augustinus, *peccatum meum coram me est semper*. Cum vero ait, *mensura mihi statum venti*, quid aliud monet nisi praesentis vitae brevitate, fugacitate, et inconstantiam, quam vultu expresse comparavit Iob dicens (c. 7): *Quoniam ventus est vita mea*. Cum tandem subiunxit, *pondera mihi ignis pondus*, aperte nos edoceat, attente in nobis pendere, quo ignei amoris nostri pondus nos ferat; nam, ut dixit d. Augustinus (*l. Confess.*): *Amor meus pondus meum; illo feror, quocumque feror*: ex hoc enim examine, et scrutinio facile erit coniectari, et praesagire futura, quae nos expectant: nam si amor noster ad coelestia nos impellit, coelestem patriam nobis pollicetur; sin vero ad terrena nos deprimat, aeternam nobis minatur damnationem merito nobis pertimescendam. Quid plura? certe sicut quae ponderosa sunt, aquarum ima petunt, quae levia, fluitant: sic animus gravit, et praedens, rerum fundum cogitando petit; levis, et inconstans, in superficie rerum fluitat. Per tenebrosam domum, pedentem inter habendum, parietesque sunt palpandi: tenebrosa domus mundus est hic, in quo versamur; pedentem igitur, hoc est, cum consilio, ac maturitate, rebus in arduis incedendum: negotia cogitatione prius veluti manu palpanda. Nautae, demissa holidae, maris profunditatem explorant; tu demissa, cogitatione, negotii pericula expende. Misit Moyses, antequam terram promissam ingrederetur, exploratores: mitte tu, antequam negotium aggrediaris, veluti fidissimam exploratricem, cogitationem; vadam prius fluminis, id est negotii periculosum, lenita, ne si infrenato vado temere pertransire velis, aquis obruaris; ut enim Seneca (*ep. 22*) scribit: *Placet sunt, qui consilio se, vaeque disponant, ceteri eorum more, qui fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur*. Tu vero ex paucis illis esto, ne casu, ac temere, sed consilio vitam agas, ut aeternam consequaris, quam nobis donare dignetur, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Multipli eruditione exponuntur verba illa angelica: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; cuius occasione ostenditur, quantum ad difficultates superandas intrepidus sit, qui Deum per gratiam secum habet; e contra vero, quam pavidus, et imbecillus, qui Dei gratia caret.

Agnosens angelus Gabriel, divino spiritu afflatus, inopinatum eius salutationem, quamdam pie perplexitatis turbationem in Maria animo genuisse, ut eam ex eius pectore depelleret, pacificae ac tranquilla mente secretissimum arcantum sibi revelandum gratanter, ac benevole Maria susciperet, verba illa

vatis mysteriis grava illam alloquens protulit: *Ne timeas Maria*; quasi dicat: longe a te omnem depelle timorem: non enim ego sum angelus ille, qui primum hominem e paradiso eiecit, immo venio, ut homo in coelestem paradysum reducat: non sum ille angelus, qui universam Aegyptum septem gravissimis plagis exlucravit, immo annuntio illum, qui sacramentis, velut saluberrimis antidotis, humani generis vulneribus medebitur: non sum ille angelus, qui grave legis onus in lapidibus descriptum, ut gravitatem eius significaret, Moysi delitit in monte Sinai, sed potius qui adventum illius annuntio, cuius iugum suave erit, et onus leve: non sum alter ille angelus, qui una nocte ingenem Sennacherib exercitum nemini parens interfecit, immo coelitus venio, ut universus orbis vitam habeat, et abundantius habeat: non tandem, o Maria, ad te venio, ut te, velut incredulum Zachariam, obmutescere faciam, sed ut tibi credentium Matri ad Verbi incarnationem consensum praestandum suadeam. *Ne ergo timeas*: iam enim lex timoris abire caepit: iam transit, imber abiit (*Cant. 2*). Non est cur Virgo angelum formidet, cum virginitas angelis sit cognata: non est cur iam paveas, quia tametsi divina revelatio in principio terreat, in fine tamen laetificat. Huius quidem timoris, et turbationis, necesse et confortationis, qua illam a Maria angelus depulit, egregiam imaginem existimaverim esse id, quod reginae Esther contigit cum rege Assuero: ut enim sacra narrat historia, cum ipsa non vocata ad regem ingenti ira periculum ingressa esset, turbationem magnam concepit, adeo ut sacer textus dicat: *Regina corruit, et in pallorem colore mutata lassum, super ancillam reclinatae caput*; quia autem continuo confortans eam occurrit: *Rex habet, Esther? ego sum frater tuus, noli metere*: sicut ergo ibi ad praesentiam Assueri tremittit Esther, ita ad praesentiam Gabrielis sibi loquentis turbatur Maria, licet non ut illa animo cadens, quia turbata haec fuit vercundiae, illa imbecillitatis: et sicut ibi Assuerus confortavit Esther dicens: *Noli metere*; ita et angelus ad consolandum Mariam, turbationem ab ea excussit dicens: *Ne timeas Maria*. Memini Plutarchum in vita Caesaris commemorare, quod cum illo navigante, magna, et inopinata oritur tempestas, ita ut infumescentes fluctus nave absorbere viderentur, naclerus pavere coepit; at Caesar ei dixit, ne extimescas, tecum enim est fortuna Caesaris: non dissimiliter videns angelus Mariam timore turbationis percussam, continuo occurrit ei: *ne timeas, cum Dominus sit tecum*: quasi dicat: tecum est non fortuna Caesaris, sed omnipotentis Dei indefectio protectio; foras mitte timorem cum patre tuo Davide concinens (*Psal. 26*): *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo? si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum*. Haec verba versans doctissimus Petrus Ravenna (*in comment. hui. loc.*) inquit: *Quid timeat, quae securitatem parit, rerum causam, gaudium saeculorum; timor non est, ubi certum est negotium, non humanum: quid timeat*

Maria, cui index est causa, assertor integritas, testis munditia? et d. Bernardus (*ser. sup. Miss.*) angelum introduxit in hunc modum loquentem: *Osi scires, quantum tua humilitas Altissimo placeat, quantaque tibi apud ipsum sublimis maneat! angelico te indignam nec eloquio, nec obsequio iudicare. Ne mireris Maria, quod ad te venit; nam et maior angelus in te venit; non mireris, angelum dominicum, nam et Dominus angelorum est tecum: postremo quid ni angelum videas, cum iam angelice vicas? Cur autem indubitam tibi dixeris gratiam angelorum, quae invenisti gratiam apud Deum? S. Petrus Chrysologus contemplanus b. Virginem turbatam fuisse, quod in se portare potuisset trinam regentem machinam, haec scribit: *Denique ne tanto ponderi coelestis fabricae in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, et in Virgine, totius generis humani portatura fructum, virgo tenuis frangeretur, fugatura metum vox angeli mox processit dicens: Ne timeas Maria*. Verum mysterio sane vacare minime putaverim, quod angelus, cum salutat Virginem, nomen eius praeterit; cum tamen turbationem ab ea fugare contendit, vocem Mariae profert: *Ne timeas Maria*. Arbitror quidem, quod quia angelus probe agnoscebat virtutem mirabilem nominis Mariae, ad placandum animum, et omnem eius timorem, et turbationem abolendam, idcirco consulto nominavit Virginem proprio nomine, dicens: *Ne timeas Maria*: a quo sane, ni fallor, edoctus, et illustratus angelus, qui apparuit Ioseph, si alter fuit quam Gabriel, inferiores enim a superioribus illuminantur, volens ab eo depellere turbationem, quam conceperat, videns sponsam suam, quam nunquam agnoverat, praegnantem, nomen Mariae adhibuit dicens: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: noverat enim nomen Mariae contra omnem turbationem, et timorem optimum auditulum, et praesentissimum remedium esse. Sicut igitur beata Virgo persimilis extitit Christo Domino, ita et nomen Mariae persimile fuit sanctissimo nomini Iesu, cuius proprium est non solum turbationem, sed et ipsum daemone fugare: *In nomine meo daemonia eiciunt*. Ad hac expositione non longe recedit d. Chrysologus, cum (*serm. 142*) dicat: *Maria hebraeo sermone, latine domina nuncupatur. Vocat ergo angelus dominam, ut dominatoris genitricem trepidatam deserat servitutis, quam nasci, et vocari dominam, ipsa sui gemitus fecit, et impertivit auctoritas*. D. autem Bernardus (*hom. 3, sup. Miss.*) aliam viam ingressus ait, angelum tunc nominasse Mariam, ut magis familiarem ei se exhiberet: *Familiariter, inquit, Virginem vocans ex nomine, benigne, ne timeat, persuadet: nihil hic doli, aut fallaciae est, nullam circumventionem, nullas hic suspiculis insidias*. Ac tandem alii poterunt, angelum consulto tunc sacrum nomen Mariae protulisse, ut ei ad memoriam revocaret, nomen eius in libro vitae esse scriptum; quod non poterat non valde eam exhilarare, iuxta illud (*Luc. 10*): *Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in caelis*.*

Ceterum ne ab historia reginae Esther recedamus, sicut de illa dicitur: *Placuit ei, scilicet*

cor regi Assuero, et invenit gratiam in conspectu illius; ita Mariae dicitur ab angelo: *Invenisti gratiam apud Deum*: quorum verborum planus sensus est, quod invenit apud Deum hunc favorem, ut mediante gratia sibi infusa ei placeret: phrasi enim hebraica frequenter in Scripturis, *invenire gratiam apud aliquem*, significatur, favorem illius consequi, idque ex solo ipsius beneplacito. Locutus est David ad Achis regem Geth: *Si invenit gratiam in oculis tuis*: hoc est, si inveni favorem. Ad eundem modum servi David dixerunt Nabal, cum peterent (*1. Reg. 25*), ut donaret aliquid ad manducandum: *Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam*: hoc est, hunc favorem concede. Magnum quidem gratiam nactus est Abraham, cum angeli ad eum diverterent, iuxta verba ab eo prolata (*Genes. 18*): *Si invenit gratiam coram oculis vestris*; sed maiorem gratiam invenit Virgo, cum rex angelorum ex ipsa natus est. Magnam sibi gratiam conferendam censebat Moyses, si Dei faciem videret: *Si, inquit, invenit gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam*; ad Virgo non vidit tantum, sed et genuit Deum; et hominem: ac tandem invenit Moyses gratiam electionis (*Exod. 33*): *Invenisti gratiam coram me, et te ipsum novi ex nomine*. Noe obtinuit gratiam perfectionis (*Gen. 6*): *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit*: Esther (*c. 2*) gratiam invenit, ut fieret sponsa Assueri regis; ad Maria invenit gratiam, ut fieret pariter sponsa, et Mater Christi. Non quidem rapuit gratiam, ut rapere superbe contendit Lucifer, sed invenit, quia; qui quaerit, invenit, et pulsanti aperitur (*Matt. 7*): non emit gratiam, ut pecunia emere tentavit Simon magus Spiritus sancti superventionem, sed invenit, instar evangelicae illius foeminae dicentis (*Luc. 1*): *Inveni drachmam*; sed non quam ipsa perdidit, sed quam perdidit prima mater: gratiam enim, quam Eva angelo leviter credens amisit, hanc Maria angelo prudenter consentiens invenit, et recuperavit: unde Albertus magnus (*ser. 3. de Annun.*) dixit: *Invenisti gratiam; non creasti, ut Deus; non rapuisti, ut angelus; non perdidisti, ut Adam; non emisti, ut Simon magus; non abscondisti, ut infidelis doctor, sed restituiti potius, gratiam dico incretam, et cum illa omnem creatam spirituales, et corporales*.

Sed alius, si placeat, cum d. Ambrosio, et Origene (*sup. e. 1. Luc.*) verba haec explicemus: *Hi Patres nomine gratiae hoc loco intelligunt gratiam incarnationis, iuxta illud (Tit. 2): Apparuit gratia Salvatoris nostri, erudiens nos: ad cuius intelligentiam nonnulli moderni supponunt, quod cum b. Virgo divinitus illustrata, agnovisset proximum iam esse adventum Messiae, et ex prosapia dauidica, unde ipsa originem ducebat, oriundum fore, virginitatis propositum diligenter custodiens, Deum precari non cessabat, ut dignaretur illam esse virginem, de qua Isaias: *Ecce virgo concipiet*; unde, aiunt, suis precibus hanc gratiam quaesisse, et invenisse. Ceterum duo mihi id dissuadet, primum quod de rara, ac profunda humilitate Virginis verissime non est, cellissimam illam Dei Genitricis dignitatem a Deo postulare prae-*

sumpsisse, sed potius illius ancillam esse, quae futura erat Mater Dei: alterum est, quod d. Bonaventura (*de medit. vitae Chris.*) refert, cuidam foeminae, quam putat fuisse s. Elisabeth, factam fuisse a Deipara Maria hanc revelationem in haec verba: *Pelebam, ut faceret mihi videre tempus, in quo nata esset illa honestissima virgo, quae debebat Filium Dei parere, et ut conservaret oculos meos, ut possem eam videre; linguam, ut possem adorare; manum, ut possem ei servire etc.* Quamvis autem Virgo non postulavit Filium Dei concipere, quaerens tantum Matri Dei ancillari, gratiam illam, ut ipsa fieret Mater Dei, invenit, et ut gratiae auctorem ex se gigneret. Quod inde non parum stabiliri posse autumo, quia commemorante sacra Scriptura, nonnullos, qui gratiam Dei invenerunt, quosdam ex illis ait, invenisse eam coram Deo, ut de Moysse, de quo (*Exo.33*) dicitur: *Invenisti gratiam coram me*: alios invenisse eam ante Deum, ut de David, et de Stephano, de quo Lucas (*Act.7*) dixit: *Invenit gratiam ante Deum*: ac tandem alios refert gratiam invenisse in oculis Dei, aut in conspectu Dei, ut habetur (*Gen.6. et 18*): apud Deum tamen invenisse gratiam nulli alteri, quam b. Virgini tribuit, ut hoc peculiari genere loquendi significaret, gratiam, quam invenit, fuisse Filium Dei, qui erat apud Patrem, iuxta illud (*Joan.1*): *Et Verbum erat apud Deum*. Hanc intelligentiam salis id confirmare videtur, quod postquam dixerat, *Invenisti gratiam apud Deum*, continuo subiunxit (*Luc.1*): *Ecce concipies, et paries filium*: gratia igitur, quam invenit Maria, Filius Dei est, quem conceptura erat: sic enim eum vocat d. Paulus (*ad Hebr. 2*) dicens: *Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem*. Hanc quidem gratiam, ut egregie dixit Andreas lesoly. (*in com. huius loc.*) non accepit Sara, non sensit Rebecca, non cognovit Rachel, non est digna habita Anna mater Samuelis, quoniam illae quidem ex sterilibus factae sunt matres, amittentes una cum virginitate orbitem; tu autem, etiam si mater sis, virginitate tamen frueris illaeva. D. Paulus (*1. Cor.12*) coelesti lumine illustratus inquit: *Divisiones quidem gratiarum sunt*: et diversi diversa obtulerunt: alii interpretationem sermonum, alii genera linguarum, alii gratiam sanilitatis, et his similia; sublimem autem hanc gratiam, Filium Dei proprio utero concipiendi, nulla unquam foemina praeter Mariam invenit: unde d. Bernardus (*ho.3. in Miss.*) dicitur: *Invenisti, quod nemo ante te potuit invenire; invenisti gratiam apud Deum, Dei et hominum pacem, mortis destructionem, vitae reparationem: ac tandem dum d. Damasc. (orat. 1. de dorm. Virg.) dixit: Gratiae abyssum Virgo invenit, quae duplicis virginitatis panem incolumem servaverat, animam non minus, quam corpus virginem custodierat*: quid quaeso aliud intelligit, quam Mariam invenisse Filium Dei, qui abyssus est, et perennis fons gratiae? Hinc nos a Maria discamus quaerere gratiam, non apud homines, non illam, quam obtinuit Ioseph apud Pharaonem, aut Daniel apud Darium, et multo minus illam, quam invenit Aman apud regem Assuerum, aut Achitofel apud Absalo-

nem, quae Aman crucem peperit, Achitofeli vero suspenium attulit: unde acule d. Aug. (*epist. 144*) dixit: *Mundus iste periculosus est blandus, quam molestus, et magis cavendus cum se facit diligi, quam cum admonet, cogitque contemni*: oportet ergo quaerere gratiam apud illum, per quem reges regnant, et legum conditores, a quo trepidabo? super quem Psalm. 26 d. Augustinus egregie dixit: *Protegitur imperator Christus, et non timet; protegitur mortalis ab immortalis, et timebit? Quid est illuminatio Dei, et salus Dei, nisi gratia Dei? haec est, quae mentem illuminat, voluntatem accendit, animae salutem praebet, vires homini confert, ita ut idem regius Psaltes diceret (*Ps. 2*): *Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*: Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Illud quidem inter alia multa, quae nobis suadent gratiam quaerere apud Deum, non apud homines, non in minore loco obinet, quod illa ad bonum, fortem, et intrepidum reddit animam, haec vero timidum, ac imbecillum magis ad virtutem capessendam, et ad vilia sequenda proniorem. Hinc Salomon (*Proverb.28*) ait: *Fugit impius, nemine persequente; iustus autem, quasi leo confidens*: ac si apertius dicat: nihil inveniri potest formidolosus impio, quoniam caret gratia Dei, nihilque fortius iusto, quia gratia Dei, instar fortissimi leonis, illum hostibus suis horribilem reddit. Peccat primus parens, et gratia destitutus, quamprimum Deus illi dixit (*Gen.3*): *Adam ubi es?* Respondit: *Vocem tuam Domine audivi in paradiso, et timui, ecce primus fructus peccati formido est, et pavor, ut ait Iob (c.17): Sontus terroris semper in auribus illius, et cum pax sit, ille semper insidias suspiciat*. Tradunt philosophi naturales, leporem aedilium habere acutissimum, ita ut vel levem sibilum quam longissime audiat: et cum animal sit timidissimum, semper vagatur, et fere nunquam quiescit: immo, et quando dormit, oculos habet apertos, quasi nulli fidens. Ferunt etiam iidem, cervos eodem genere timiditatis laborare, ita ut nunquam quiescant, sed ad quemcumque vel folii levissimi sonitum contremiscant: sic impiis, cum gratia Dei caret, semper terror sonat in auribus eorum, et leporeus, et cervus timidus, et imbecilliores multo redduntur; unde apud Deuteronomium minabatur Deus populo Israel (*Deut.28*): *Si violaveris legem Dei, non erit fortitudo in manu tua, et dabit tibi Dominus cor pavidum, et timebis nocte, et die, et non credes vitae tuae, et mane dices, quis mihi det vesperam? vespere, quis mihi det mane?* et apud Leviticum (c.25): *Dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terribit eos sonitus folii volantis, et ita fugient, quasi gladium; cadent, nullo persequente: timeat ergo, et tremat peccator Cain, cui Deus est iratus, et dicat (*Gen. 4*): Ecce cecis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar: omnis, qui invenerit me, occidet me! quem enim Deus a facie, et gratia sua dicit, quae mala non invadunt? et quem Deus gratiae suae donis cumulat, quae bona non consequuntur? Id prope agnoscens, immo expertus David confitenter cauebat (*Psal. 26*):*

Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: si exurgat adversum me praetium, in hoc ego sperabo. Quid quaeso habes David iuxta te, aut in quo confidis, ut neminem timeas? respondet: *Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timeo? Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo?* super quem Psalm. 26 d. Augustinus egregie dixit: *Protegitur imperator Christus, et non timet; protegitur mortalis ab immortalis, et timebit? Quid est illuminatio Dei, et salus Dei, nisi gratia Dei? haec est, quae mentem illuminat, voluntatem accendit, animae salutem praebet, vires homini confert, ita ut idem regius Psaltes diceret (*Ps. 2*): *Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*: Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XI.

Mariana illa verba: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? *multifariam, multisque modis illustrantur, et ex illis adversus oblatrantes haereticos, constantissima Mariae fides, integerrima virginitas, voto constabilita, ac rara, et inaudita eius prudentia aperitissime commonstrantur; quorum occasione permulta ad informandos mores traduntur.*

Antequam varia arcana, quae in propositis verbis latent, detegamus, operae pretium duxi, prius pulchram Patrum extorquere catena, qua b. Virginem ab haereticorum calumnia perfrecta fronte de incredulitate illam increpantium, acerrime vindicemus. Contendunt impij haeretici, Mariam dubitasse de veritate rei ab angelo sibi nunctatae, et ideo vacillantem dixisse (*Luc.1*): *Quomodo fiet istud?* In eamque sententiam quorundam Patrum extorquent testimonia, praesertim Augustini et Chrysostomi, quia ille (*lib. quaest. novi et vet. test.*) dixit: *Ambigenti Mariae de conceptu, possibilitatem angelus praedicat*: quibus verbis aperte indicare videtur, propterea angelum instruisse illam de possibilitateysteri, quod nunciabat, adhibito exemplo Elisabethae steriliis, quae iam conceperat, simulque submixisse: *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum*. In idem trahunt Chrysost. (*ho.29. in Gen.*) introducendum angelum ad Mariam in hunc modum loquentem: *Ne quaeras naturae modum, et eorum, quando supra naturam sunt, quae fiunt; sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis; nam si cognosceres, non fuisses habita digna, ut hinc ministerio scriberes, atque adeo quod incredula es propter hoc, crede*. Possuntque haec Patrum testimonia in hunc modum corroborari: nam vel Virgo existimabat, ad Christi conceptionem opus esse virili opera; et hoc non, cum non ignoraret tritum illud Isaiae vaticinium: *Ecce Virgo concipiet*: ut enim tradit d. Ambrosius (*lib.2. in Lucam*), ipsa legerat verba illa Isaiae;

et ut docet d. Thom. (*3 p. q.25. ar.5*), donum, et usum prophetiae habebat, et saltem perfectam fidem habebatysteri incarnationis, atque adeo, quod Deus concipiendus erat a virgine: vel putabat, virilem operam ad eam conceptionem non desiderari, et sic omnino frustra, et praeter rem dixisset (*Luc.1*): *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* nam, ut adnotavit Chrysostomus (*prae. loc.*), potius ad concipiendum Christum oportebat, non cognovisse virum. Restat ergo, ut dubitantis sint illa verba. Nodus sane hic videtur difficilis, ac similis hercule nodo, in quo nec principium apparebat, nec finis; qualis etiam fuisse dicitur nodus Gordius, quem Alexander, quia dissolvere nequivit, ense dissecuit. Sed absit hic, quidquid garrunt haeretici, tantam agnosce re difficultatem; multifariam enim enodari, ac dissolvi posse arbitror. Primo quidem, si dicamus, probe quidem agnovisse Mariam ex vaticinio Isaiae, Virginem concepturam, et parituram Christum, salva, et incolum eius virginitate; sciebat tamen ex divina omnipotentia effici posse, ut ex viro virgo conciperet absque iactura suae integritatis, sicut nonnulli dicunt, futurum fuisse in stata innocentiae, ut scilicet absque laesione virginei claustris foeminae ex viris conciperet, ac parent; et ideo, quia ignorabat modum, recte Maria interrogavit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Secundo facile hic nodus dissolvitur ex singulari illa pariter, et ingeniosa Alberti magni (*in com. sup. Miss.*) interpretatione, qui ait: *Quod ex hoc, quod Maria quaesivit, non sequitur aliqua dubitatio, nec de facto, nec de modo, patet ex hoc, quod non omnis questio est propter dubitationem: Dominus enim in evangelio saepe plura quaesivit, et tamen de nullis unquam dubitavit: item Ioannes, cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? quod non propter se, sed propter discipulos quaesivit: similiter videtur, quod etiam b. Virgo quaesivit non sibi, sed nobis. Concludit igitur Albertus, quaestionem Virginitis non factam propter dubitationem, sed, ut verbis eius clar, propter materiae plenioris descriptionem, propter veritatis maiorem expressionem, ac denique propter nostram edificationem. Alii theologi dicunt, verosimile satis esse quod quamvis b. Virgo praecognovisset, Messiam ex Virgine fore concipiendum, non tamen statim ad omnia haec attendit. Hanc responsum indicat d. Aug. (*ser.2. de Ann.*), et sufficienter etiam difficultatem solvit: cum enim statim non ad id attendisset, et aliquo sollicita esset de conservanda sua virginitate, in ea verba amore illius prorupit: *Quomodo fiet istud, etc.* Tandem faciliorem intelligentiam, et veritatem, et literae magis contentam esse opinor, b. Virginem nihil aliud significare voluisse, quam supposito, quod ipsa non erat cognitura virum, ut certo supponebat ex vaticinio Isaiae, quomodo, et qua ratione conceptio in ea perficienda esset, interrogavit; ad quam respondit angelus, per superintentionem, et obumbrationem Spiritus sancti in eam faciendam fore. Patres autem ad ductos, Augustinum et Chrysostomum, cum alio-*

quin magnis praeconis Mariae fidem commendat, minime gentium credam, incredulitatis macula eam labefactasse; unde d. Thomas (3. p. q. 30. a. 4. ad 2) ait, Augustinum de dubitatione admirationis, non incredulitatis locutum fuisse: vel certe dicendum, non loqui de dubitatione circa rem revelatam, sed circa modum, quem Virgo cupiebat ediscere, ut in simili dixit idem Augustinus (lib. 16. de Civ. Dei c. 24). Exemplum autem Elisabethae non adduxit angelus ad confirmandam Mariam in fide, sed ad magis explicandam mysterium; vel, si credimus Bernardo, ad hoc, ut alacrem illam redderet de bono nuntio conceptionis Elisabeth: sic enim ait s. Bernardus (hom. 4. sup. Mis.): *Quid fuit necesse, etiam huius sterilitis Virgini nunciare conceptum? nunquid forte dubium adhuc, et incredulum oraculo, recentiore voluit confirmare miraculo? absit: ideo sterilis cognatae conceptus Virgini nunciatur, ut, dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur.* Chryostomum vero arbitror, incredulam vocasse propter aliquam in credendo morulam minime culpabilem; nisi mavis dicere, ut nonnulli tradunt, verbum illud non inventiri in originali graeco d. Chryostomi, sed vel ab aliquo indocto, vel forsitan haeretico, in latina illius versione fuisse intrusum.

Hic iam praebitis, producimus nunc antiquos, ac proceres Ecclesiae Patres unanimi assensu constantes, in illis verbis: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, nullum prorsus incredulitatis, aut dubitationis vestigium inventiri, immo fidem magnam effulgere.* D. Bernardus (hom. 4. in Annunc.) versans proposita verba ait: *Non dubitat de facto, sed modum requirit, et ordinem: nec enim quaerit, an fiet istud, sed, quomodo: quasi dicat: cum sciat Dominus meus testis conscientiae meae, totum esse ancillae suae non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, ut fiat istud? si oportuerit me frangere votum, ut pariam filium, et gaudeo de filio, et doleo de proposito. Sin vero virgo concipiam, virgo et pariam; quod utique si placuerit ei, impossibile non erit; tunc scio vere, quia respexit humilitatem ancillae suae. Gregorius Nyssenus episcopus (orat. de hum. Christ. gen. et hom. 14. de Nat.): *Quomodo fiet istud, ut gressum ex pudico, et castissimo marito, quoniam virum penitus non cognosco? de sponsata suo homini iusto: si cum illo non conveniret, unde erit, quod generabo? sed si poterit fieri, ut concipiam intacta, et in generis clauca, indica modum, et peratum invenies cor meum: omnibus enim modis excepto me ego Deo meo, ut habeam prolem, et non perdam pudorem.* Beda (super cap. 1. Luc.): *Non ait: Quomodo hoc sciam? sed quomodo fiet, inquit, ordinem videlicet, cui subdatur, inquit: non autem signum, cui credat, flagitans; nec enim decebat electam generandam Deo virginem dubium diffidentia, sed prudentia cautam cavere: D. Anselmus (lib. de excet. b. Virg. cap. 3): *O Domina, inquit, audis, quae feruntur ad rem omni saeculo inauditam; paces, et miraris, nulla tamen incredulitate moveris: verum indubitanter tenes apud te, omnino impossibile fore non fieri, quod angelus dicit futurum esse: et siddidi: Crediti ergo, et***

*certissime intellexit: Deum tam bonum, tam piis, tam misericordiae visceribus plenum, ad terras de caelesti sede descenderet; et homo factus, per indebitam sibi mortem, genus humanum a perpetua vellet morte, qua tenebatur, eripere. Respondens ergo nuncio, ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. O fides Deo accepta, o humilitas grata, o obedientia, omni sacrificio iucundius, Deo oblata. Theophylactus (in c. 1. Luc.), deinde (in commentario eiusdem loci), in hunc modum loquitur: *Non quasi discredens, dicit: quomodo erit mihi istud? sed ut prudens, ut intelligas, ut discat modum, inquit; non enim prius tale quiddam factum est, nec post hoc fiet, ideo et ignoscit ei angelus, et non condemnat, ut Zachariam, sed magis modum docet: nam Zacharias merito condemnatur, habuit enim exempla multo; quandoquidem et multae steriles pepererunt, virginis autem nullam exemplum erat. D. Bonavent. (super eund. loc.) inquit: *Nec omnino quaerit modum sciendi, sed signum, quod fidem faciat, ut Zacharias; sed quaerit modum faciendi, ut consentiat, secundum illud (Prov. 4): Oculi tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Eusebius Emysenus (ser. 4 ante Domin. 2. ascen.) egregia nobis scripta in idem argumentum reliquit, dum ait: *Non dubitat fieri, quod angelus fieri promittit; interrogat tantum, quomodo fiat, quoniam, quaevis virginem aliquando parituram audivit: dicit enim Isaias: Ecce virgo concipiet, et pariet filium; quomodo tamen pariet, non dicit: quia ergo virgo est, et virum non cognoscit, quomodo pariat, et virgo maneat, interrogat, quia nulli adhuc revelatum erat; haec ille. Fulgentissimus Ecclesiae lumen s. Pater Augustinus magnum discrimen inveniens inter interrogationem Zachariae, et Mariae, inquit: *Zacharias quando ait: unde hoc sciam, vel per quid hoc cognoscam, qui sum adeo cum uxore senex, desperando dicit, non inquirendo; Maria vero cum interrogat: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? inquirendo dicit, non desperando, propterea illi dicitur: Tacebis, quia non credis; huic vero causa exponitur, quia dum interrogaret, de promissione non dubitavit. Sed, et Ambrosius (in expos. c. 1. Luc.) Domini matrem defendit, ac fidei imbecillitatem in solo Zachariae ponit: *Maria, inquit, iam de negotio tractata, Zacharias adhuc de nuncio dubitat; negat illi, se credere, qui negat se scire, et quasi fidei adhuc quaerit alium auctorem. Ipsa se facere profertur, nec dubitat esse faciendum, quomodo fieri possit, inquit: et (in eadem etiam loco) de Maria inquit: *Non fidem renuit, non officium refutavit, sed accommodavit affectum; spondit obsequium. Etenim cum dicit: quomodo fiet istud, non de affectu dubitavit, sed qualitatem ipsius quaesivit effectus. Ac tandem celeberrimus ille Petrus Ravennas (in c. 1. Lucae) rationem reddens, quare interrogans Zacharias, ab angelo Gabriele puniatur, interrogans vero Maria gratulam ab eodem angelo accepit responsum, haec praeclara scribit: *Ille pectorum cognitor, non verba, sed corda praevideit; non quid quisque dixerit, sed quid senserit, iudicavit: erat enim interrogantium dissimilis causa, species perditiva. Haec contra naturam credidit,********

ille pro natura dubitavit; haec integro ordinem rei requirit, ille, quod Deus fieri iubet, fieri non posse praescribit; ille impellentibus exemplis ad fidem non accedit, haec ad fidem sine exemplo praecurrit; haec miratur de partu virginali, hic disputat de conceptu coniugali; haec tenus ille. Quae omnia Patrum testimonio ex verbis Elisabethae Virgini multo promptius a peritissime confirmantur: Beata es, quae credidisti, quoniam perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino: ecce factus est Elisabeth, divino spiritu allata, excellentem adeo fuisse Virginis credulitatem erga arcana ab angelo sibi revelata, ut in praemium illius impleta forent in ea omnia, quae angelus ei pollicitus fuerat.

Scio quidem, perfidos Hebraeos abusus fuisse hoc adverbio, quomodo, suae incredulitatis indubitata indicia obidentes: apud Ioannem (cap. 6) enim dixerunt: *Nonne hic est filius Ioseph, cuius novimus patrem, et matrem? quomodo ergo dicit hic, quia de coelo descendit? et rursus, cum Christus Dominus diceret illis (ibid.): *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: ipsi vero litigabant, dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? ac tandem, quando Christus ascendit in templum, ibique docebat, adstantes mirabantur, dicentes (Ioan. 7): *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? quibus verbis aperte negabatur de coelo eum descendisse, carnem suam manducandam porrigere posse, aut literatum esse, cum nunquam didicisset: at longe diversa est usurpatio huius adverbii quomodo apud Mariam; nam, ut auclor est d. Ambrusius (lib. 2. de Abraham cap. 8), sicut, cum Abraham, pater credentium, audivit, terram Chanaan sibi, suisque posteris esse donandam, divino credidit oraculo, interrogavit tamen modum, quo id esset executioni mandandum, dicens (Gen. 15): *Domine Deus, unde scire possum, quod cum terram sin possessurus? ita b. Virgo, mysterium sibi revelatum constantissime credens, de modo solum quaesivit: unde, inquit, Mariam hoc voluitis dicere: *Cum id, quod naturae est, non suppetat, quia non solet parere virgo, quae viro non fuerit copulata, quaero, quomodo praeter instituta naturae possim generare. Deinde, cum evangelicus ille Nicodemus, Christo ei dicente (Ioan. 3): *Nisi quis renatus fuerit de novo, non potest videre regnum Dei, continuo interrogavit: *Et quomodo potest homo nasci, cum sit senex? quae quidem interrogatio, ut Cornelius Ianusius (in sua concor.) adnotavit, non fuit ex diffidentia orta, cum vere paratus ad credendum, quae a Christo audierat, illum fecisset: propterea enim meruit a Christo edoceri modum, quo id fieri deberet, nempe per sacri baptismalis regenerationem: eodem ergo modo, imo magis ab omni incredulitatis suspitione aliena beatissima Virgo angelum interrogavit (Luc. 1): *Quomodo fiet istud? mysterium quidem conscia, modi tamen ignara, de quo sciscitavit, ut discat. Ac tandem, sicut olim castus Ioseph, ob castitatis amorem, a lascivia foemina provocatus, dixit (Gen. 39): *Quomodo possum hoc malum facere? ita b. Virgo, zelo virginitalis, quam ardentissime amabat, audiens se concepturam, et parituram: *Ecce concipies, et**********

*paries, licet alioquin nihil mali suspicaretur, quae certo agnoscebat, sanctum angelum Dei secum loquentem; interrogavit tamen modum, quo illa extrema adeo distant, mater, et virgo, inter se copulanda forent. Quare tantum abest, ut verba haec: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, minimam aliquam incredulitatis notam praeserant, ut inter arcana, quae in eis delitescent, et nos reserare polliciti sumus, primum omnium, insignis, ac irrefragabilis Mariae fides annumeranda veniat; ut enim dixit d. Iren. (lib. 3. cap. 34): *Quod Eva levegit per credulitatem, hoc Maria solvit per fidem, qua et altissima mysteria statim credit, et sine metu obediendo consensit.***

Quamplures insignis fidei viros sacra commemoratio eloquia, quorum meminit d. Paulus (ad Heb. c. 11): *Fide Enoch placuit Deo, et translatus est: fide Noe lapsus arcani, in salutem domus suae: fide Iacob singulos filiorum Ioseph benedixit: fide Ioseph moriens de professione filiorum Israel in terram promissionis, et de ossibus suis illic asportandis, mandavit: fide Moyses natus, occullatus est: fide se filium filiae Pharaonis negavit: fide pascha celebravit: fide Israel filii mare rubrum transierunt: fide muri Iericho corruerunt: et quid amplius dicam? deficiet enim me tempus de sanctis antiquis narrare, qui, teste d. Paulo (Heb. 11), per fidem victricem regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes; quorum alii fide obtulerunt arca leonum, sicut Daniel; alii fide extinxerunt impetum ignis, sicut tres pueri; alii fide convaluerunt de infirmitate, sicut filii Israel, et Ezechias; fide alii fortes facti sunt in bello, sicut Iosue, et Iudas Machabeus; fide etiam receperunt mulieres mortuos suos, sicut per Eliam, et Eliseum; alii propter fidem lapidati sunt, ut Ieremias in Aegypto, et Ezechiel in Babylone; alii secti sunt, ut Isaias, teste Hieronymo (in prolog. super Iere. Isa. et Ezech.); in occasione gladii alii mortui sunt, ut Viras, et Iosias; fide alii circumierunt in melotis, ut Elias; et isti omnes, et multi alii pericula praesentis saeculi transierunt, et fidei testimonio probati inventi sunt. Sed horum omnium fidem valde praecelluit fides magni patriarchae Abrahamae, quem adeo accurate d. Paulus commendavit, ut de eius fide loquens, diceret (Rom. 4): *Contra spem in spem credidit, ut fieri pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: sic erit semen tuum, sicut stellae caeli, et arena maris; et non informatus est in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, et emortua vulva Sarae; in reprobatione etiam Dei non haesitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quemcumque promisit Deus, potens est et facere. Talibus his gravissimis verbis Docteur gentium patriarchae Abrahamae fidem commendat. Licet tamen celeberris, ac aeterna memoria digna fuerit Abrahamae fides, illam tamen fides Mariae longo intervallo superavit: ille enim credidit, sterilem nonagenarium parturam, Maria autem defuit exemplum partus suae uxoris, Adam enim, et Eva post centum, et triginta annos**

generaverit filium suum Seth; immo Noe, dum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, et Iaphet; Virgo autem beata, nec primam similem viderat, nec futuram sequentem sciebat: Abraham promissa est proles, sed ex foemina, et viro; Virgini autem ex foemina sine viro: Abraham credidit, purum hominem ab eo fore generandum; Maria vero, Deum hominem ab ea esse concipiendum: Abraham, ut facta sibi promissio impleteret, Deum etiam posse mortuum Isaac suscitare non dubitavit, ut observavit d. Paulus (Heb. 11), *aestimans, quod potens est Deus cum; a mortuis suscitare*; Virgo autem beata Deum nasci, et mori posse firmissime credidit. Crediderat olim Gedeon Domino, quod salvare debebat populum Israel per manas suas a Madianitis, sed non absque signo miraculoso sibi exhibitio (Jud. 6): *Ponam hoc vellus lanae in arca, si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel*; Maria autem angelo ei praenunciavit universum mundum per filium eius a diaboli servitute redimendum: *Ipse enim salvum faciet populum suum, firmissime assensit*. Crediderat olim Moyses, et Aaron, non tamen absque haesitatione, et diffidentia, dum dixerat (Num. 20): *Num de petra hac vobis aquam poterimus eicere? beata autem Virgo ex petra intacti sui uteri futurum fore, ut fons vivus scaturiret, indubitante credidit*.

Hinc est, quod sancti Patres variis encomiis Mariae fidem commendant; ut enim tradit A-bulensis (parad. 1, e. 3), propter excimiam fidei illius perfectionem, Augustinus vocavit illam, *Materem credentiam*: Athanasius (serm. de sanctis. Deip.), *haerensum interempricem*: Ignatius d. Cyillus 1, *christianae religionis magistratam*: d. epist. (contra Nestorianos), *sceptrum fidei*: cui cognominati si adiungamus, antiquos ad significandum concordiam, depinxisse cornices duas in medio cuiusdam sceptri erecti, ut significarent, sceptra, et regna laudis, quaudiu concordia, duratura; apte inde colligemus, quod cum b. Virgo pariter sit sceptrum fidei, et reconciliatrix Dei, et hominum, Deum quidem in Maria, adamussim expressisse egregiam quandam imaginem fidei, et Ecclesiae catholicae perpetuitatis, ita ut, solo eius favore suffulta, portae inferi adversus eam praevaleat nulla ratione queant. Quod plura in Mariane fidei laudem, in medium producam? In eo quidem valde efulget Mariae fides, quod cum aliquin Paulus (ad Rom. 2) dicit: *Fides ex auditu*; Virginem autem concipere, et Dei Genitricem fieri prodigium sit a saeculo non auditum, ut ait Isaias (cap. vii): *Quis audivit unquam tale? Virgo tantum hoc inauditum firmissime credidit*. Deinde, quorum exempla videntur, facilius creduntur, nec enim est incredibile, quod exemplo monstratur; Deum autem fieri hominem, nullo exemplo visibile erat, Isaias dicente (cap. 35): *Quis vidit huic simile? Mariae autem fides adeo crevit, ut non dubitaret se Deum hominem concepturam; unde potiori iure de illa quam de centurione dicere potuisset Christus Dominus: Non inveni tantam fidem in Israel*. Ad haec: revocate quaeo in memoriam,

Christum Dominum expresse docuisse (Matt. 17), ad transferendum ingentem montem ex uno loco ad alium, exiguum finem sufficere: *Si habueritis fidem, sicut grana sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis*: verum ad hoc, ut sublimis ille moos Verbi divini de sine Patris ad uterum Virginis transferretur, nullo quidem maior fides necessaria erat, fides quidem tam audax, ut eo perveniret, quo nulla unquam attingere tentavit intelligentia; fides tam velox, ut ascenderet super cherubin, et volaret super seraphin; fides denique tam potens, ut accederet ad inaccessibleem, et comprehenderet incomprehensibilem, aretaret immensum, et caperet, quem coeli coelorum capere non possunt. Talis fuit infegerrima Virginis nostrae fides, quae super coelorum cacumina scandens, immensam illam divinitatis abyssum in arcissimi virginis uteri sui sinu conclusit, et circumferentia ipsius illum circumscriptis, ut sic impleteret illud Ieremiae (e. 31): *Mulier circumdabit virum*.

Ex his omnibus in eam ducor sententiam, ut putem, nostrum s. Bernardinum Senensem (serm. 15. de festis. Virg.) plus meruisse Mariam eo actu fidei, et obedientiae, quo angelo annuncianti filii conceptionem assensit, quam meruerint omnes sancti omnibus actibus, ac meritis suis: quia videlicet eo actu meruit saltem de congruo eam dignitatem, cui excellenter gratia, et gloria quam reliquis debetur; et ad hoc accommodat verba illa Sapientis (Prov. 31): *Multae filiae congregaverunt divitias, tu vero supergressa es universas*.

Porro, iam ad secundum arcanum in verbis Mariae latens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* accedamus. Haec verba apte explicari posse arbitror per illa Cantic. (e. 5): *Expoliati me tunica mea, quomodo induar illa? laei pedes meos, quomodo inquabo illos? cum enim ait: expoliati me tunica mea, significat abdicasse a se omnem filiorum sobolem, et eorum procreationem, qua tunc, velut tunica, sterilitatis ignominia tegebatur; cum vero subdit (ibid.): Quomodo induar illa? perinde est, ac si diceret: quomodo propositum virginitalis, voto obsignatum, violabo; iterumque assumam libertatem nubendi? ac tandem subiungit: laei pedes meos, quomodo inquabo illos? aperte significat, se per perpetuam virginitalis votum ab omni viro affectu, et desiderio prorsus alienam esse; et ideo quaevisit (Luc. 1): Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Sed ex Patrum doctrina eadem verba aperiamus. Illi unanimi consensu docent, his verbis indicasse b. Virginem, se votum emisisse perpetuae virginitalis, atque adeo ligatam, et impeditam esse ad licite cognoscendum virum: si enim ex voto non esset impedita, non erat, cur interrogaret (ibid.): Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? quia facile posset illi responderi, liberam habere facultatem cognoscendi virum, ut filium conciperet: unde sensus illorum verborum est: quomodo fiet istud de concipiendo filium, cum propter votum virginitalis a me emissum mihi non liceat virum agnoscere? et licet b. Virgo locu-*

ta fuerit de praesenti, dicens, non cognosco, idem fuit, ac si diceret: non cognoscam: quia apud Hebraeos una, eademque vox praesens et futurum tempus saepe designat, ut adnotavit Galatius (lib. 7 de arc.): nec abhorret hoc hoc vulgaris noster modus loquendi: nam, cum quis die sibi prohibito invitatur ad vescendum carnis, respondere solet: hodie non vescor carnis, quod perinde est, ac si diceret, non vescar. Haec expositionem acceptant Augustinus (l. de s. virgin. c. 4. et ser. 14. de nativ.), Bernardus (ser. 4. de Assumpt. et homil. 4 in Missus), Anselmus (l. de excell. virg. c. 4), Ambrosius (l. 2. in Luc.), Beda (lib. 1 in Luc. c. 1.), et Albertus (hom. super ill. Intr. les. in quod. cast.). Et quidem b. Virginem ante angelicam annunciationem virginitalis votum emisisse, praeter scholasticos doctores, id asserentes cum Magistro sententiarum (in 4. dist. 30), et praeter Patres nuper citatos, id docuerunt Albertus magnus (super Missus), Hugo de s. Victore (l. de perp. virgin. Maria), necnon Gregorius Nyssen. (orat. de Christi nativ.), cuius aurea verba non sunt silentio praetermittenda; sic enim ait: *Audi purae Virginis vocem, angelus partum denuncia, et illa virginitalis amplectitur, interdicit mihi, inquit, est viri consuetudo: ut virum cognoscam, fieri non potest: quo pacto ergo hoc mihi continget? si nuptiarum causa sumpta erat a Ioseph, quomodo angelum de partu praedicentem, quasi ve voca, et insolita, obstupefacta avertata esset, cum prorsus spectaret, se quoque aliquando matrem esse futuram. Sed quoniam Deo dicatum, et consecratam carnem, veluti sanctum quoddam donarium, intactam servari oportebat; propterea, etiam si angelus sis, inquit, ac de coelo veneris, etiamsi supra hominem sit id, quod apparet; attamen, ut virum cognoscam, fieri non potest. Quomodo mater ero absque viro? Iosephum enim sponsum quidem novi, virum autem non cognosco: haecenus Nyssenus. Addit etiam episcopus Christopolitanus (in cant. Magnificat), ad illa verba, fecit mihi magna, a tempore conceptionis illud votum emisisse Virginem: Dicunt, inquit, viri quidam contentivati, quod Virgo illico post sanctificationem fecit votum perpetuae virginitalis in utero matris; quod sane mihi creditu difficile non est: nam, cum b. Virgo semper, quod melius, et Deo gratius agnoscebat, eligeret, ipsaque non ignorasset virginitalis voto illustratam, Deo gratiore, et sibi utiliore esse, non dubito, quin a tempore suae conceptionis illam Deo voto consecraverit. Unde d. Anselmus (lib. de excellen. Virginis c. 3) hanc rationem insinuas, dixit: Virgo tenera et delicata, regali stirpe progenita, et speciosissima, totam intentionem suam, totum amorem suum, totum studium suum ad hoc intendit, ut corpus, et animam suam Deo virginitalis perpetuae consecraret: sciebat enim, quod quanto sanctius eam servaret, tanto sublimius ei, qui omnium castissimus, immo ipsa castitas esse, appropinquaret. Hinc oportet discant virgines a Maria eorum duce, et magistra, virginitalis Deo oblatae tenaces esse valde, et in eius custodia constantissimos, et invincibiles persistere: hac enim ratione arbitror, antiquos olim armatas depinxisse vir-*

gines, scutum in sinistra, et lanceam in dextera tenentes, ut intelligerent, pro tuenda pudicitia semper paratas esse debere ad infundendum bellum his, qui tam pretiosum hoc sacrum subripere volerint. Unde quomodomodum hortus Hesperidum, auriferum ferens fructum, a custodem habebat draconem pervigilem, mala aerae vigilanter observantem; ad eundem modum fructus virginitalis pretiosissimus est, et mala germinans, quo ipso Arabia multo aestimabiliora; quamobrem non secus, atque alter draco, angelus, cui maxime cognata est virginitas, Mariane ingentitatis custos fuit; tantum abest, quod ad eam violandam aliquid nunciaverit. Praeter hanc autem angelicam custodiam ipsa Virgo, instar pastoris Argos, centum oculos habentis, adeo vigilantem super suam virginitalis custodem se exhibuit, ut etiam angelus annunciantem conceptum, continuo sui pudoris sollicita, occurreret: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* S. Hieron. (epist. 140. ad princ.) probe agnoscent, quantum oporteret virginem, et maxime Deo sacratam, vigilantem, armatam, et undique munitam adversus castitatis hostem incedere, in hunc modum loquitur: *Arbitror te accinctum Christi gladio militare; ut autem scias super virginitalis gladium habere pudicitiae, per quam truces opae carnis, et superes voluptates, gentilis quoque eras deus virgines fodiit armatas. Quomodo inter caelestia ducit signa virgo tenet, eundem inter homines vivens castus homo, castaque teneat foemina: illa inter Leonem est, et Libram: castus homo inter Leonem vivat, id est, fortitudinem, et Libram, hoc est, temperantiam: exigit enim castitas, ut sit perpetua, leonem, a quo custodiatur, et libram, in qua ebum, et potum, maxime vini, in quo, ut Paulus (ad Ephes. 5) ait, est luxuria, vestes, amicitias, colloquia, aspectusque ponderet atque mensuret. Velut proverbium fuit: Magis timendum esse cercorum exercitum duce leone, quam leonem, duce cervo: certe humanorum affectuum dux voluntas est: unde, si in virgine, instar leonis, illa sit, fortis, atque generosa, formidabilis erit exercitus hosti tartareo; si tamen, instar cervae, fuerit imbellis, atque timida, facile superabitur: oportet igitur, virginem constantem, et bellicosam esse.*

Tertium tandem arcanum, in verbis Mariae (Luc. 1): *Quomodo fiet istud, delitescens, rara, ac singularis prudentia est, quam in eius mirifice adeo ostentavit, ut non immerito Sponsus ei dixerit (Cant. 4): Sicut vitula coccinea labia tua*: per Virginis enim labia eius prudentem loquelam exprimit, vitulae coccineae apte illam comparans: quoniam sicut foeminae solent vitula coccinea crines, ne huc, vel illuc inordinate effluent, constringere, ita b. Virgo prudentiae examine constringebat sermones suos ne lemere effluerent; dicit autem, illam vitulam fuisse coccineam, quia Virginitas in loquendo prudentia, caritate rubebat. Sed illa alia Sponsi verba, quae paulo inferius subdit (ib.): *Favus distillans labia tua, sponsa; mel, et lac sub lingua tua*, praestantiam virginis sermonis mirum in modum commendat: comparat

illum *facio*, propter eximiam eius dulcedinem *distillant* ait, ut significet eius affabilitatem: nec vacat mysterio, quod vocet illum, *distillantem*, et non *effluentem*, quia prudenter loquens non effundit quicquid novit, nec multa verba ex ore eius fluunt, sed pauca, quasi guttulatim distillata paulatim decidunt, et cum pondere, et mensura, iuxta illud (Ecclesiast.): *Verbis tuis facito stateram*: quem locum d. Ambrosius (lib. offic. c. 3) dixit: *Profer sermones ad mensuram, ultra examinatos iustitiae, ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, in verbis modus*: huiusque rationem reddit d. Chrysostomus acule salis his verbis: *Si enim hoc facimus in auro, multo magis faciendum est in verbis, ut nihil desit, nihil redundet*: haec prudentia maxime viguit in Virgine, quae cum tam multa, ac sublimia arcana penetraret, paucissima tamen locutam legitimus, ne in maleditionem illam incurreret, de qua (Numer. 19): *Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit*: in quae verba d. Gregorius (lib. 23. moral. c. 4) ait: *Quasi vas sine operculo, vel ligatura pollicetur, qui per studium ostensionis patens, nullo relictum taciturnitatis operitur*. In his tamen verbis: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* illud singulare suae prudentiae specimen Maria Virgo exhibuit, quod cum filii conceptio, et partus (Ecce concipies, et paries), viderentur virginitali eius, quam tantopere amabat, et Deo dicebatur, contrariari, prudenter ad se pertinere putavit, quia esset futurus modus talis conceptionis, interrogare, et discere, quidve officii in eo negotio ipsa praestitura esset: quo exemplo, ultra valde documentum nobis omnibus, et praecipue virginibus exhibuit, ne videlicet facile pollicitationibus, et muneribus sibi oblati decipiantur, sed quomodo res licite fieri possit, diligenter exquirant: in hoc enim valde inter se discriminantur filiae Evae a filiabus Mariae, quod illae, sicut Eva promissioni serpentis (Gen. 3): *Eritis sicut dii*, aequiescens, virorum pollicitationibus facile annunt, et instar Evae non quaerentis modum, quo dii fieri possent, ipsae non interrogant: *Quomodo fiet istud?* illae vero, quae Mariae vestigia sequuntur, vanis ac ementitis virorum promissis autem non accomodant, sed prudeenter inquirunt (ibid): *Quomodo fiet istud?* quomodo parentes tui ex claro genere orti, patienter te humili ancillae nubere? quomodo tot tibi divitias polliceris, cum multa nec tibi, nec tuis suppetant bona? sane in huiusmodi interrogaciones prudentiam redolent; maxime cum Sapiens (Ecc. 19) dicat: *Qui cito credit, levis est corde, et minorabitur*: quae verba non solum veram doctrinam, sed et prophetiam apertissime continent, cum tot falsas, et imprudentes virgines mendacibus virorum pollicitationibus leviter credentes, proh dolor! virginitalis suae pudore minoratas non semel videamus. Magna quidem, et inaudita pollicitatio facta fuit Mariae, dum ei praedictur, futuram esse Dei matrem; nihilominus tamen, rem accurate perpendens, et modum considerans, inquit, qua ratione id executioni mandandum esset: *Quomodo fiet istud, quoniam*

virum non cognosco? Observavit ad unguem multis retro annis, ut supra dixi, hoc documentum magnus patriarcha Ioseph, qui foeminae ad venerem cum allicienti, ne operi nefario acquiesceret, dixit (Gen. 39): *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua, neque quidquam scit, quod non sit in potestate mea, vel non tradiderit mihi, praeter te, quae uxor eius es; quomodo ergo possum hoc malum facere?* Dulcis quidem apparet homini venera voluptas; celerum amara est, si ea homo fruatur extra matrimonii (Eccles. 7), *amariorem morte mulierem*; sic Ioseph amaritudinem inveniens in peccato adulterii, minime consentit. Olim misit Isaac filium suum Esau ad venandum; ut de fera capta comederet, et illi benediceret, et cum citius illo veniret Iacob, cibum se simulans ei porrigere ex venatione, ait illi Isaac: *Quomodo tam cito invenire potuisti, fili mi? qui respondit: Voluntas Dei fuit, ut cito occurreret mihi, quod volebam*. Ecce commendabilem patris sui Isaac sollicitam interrogationem, quomodo nempe tam cito occurrisset ei, quod venatus esset. Non secus, si nos cupimus aliquid venari, modum prius discutiamus oportet, ut sic dicere possimus cum Iacob: *Voluntas Dei fuit, ut cito occurreret mihi*. Idem etiam documentum, licet in diversa longe materia, custodivit prudentissimus rex David: nam videns Ozam miere interisse, quia manum ad arcam Dei extenderat, ut teneret eam, ingenti terrore perculsus, dixit (2. Reg. 6): *Quomodo ingrediatur ad me arca Domini? postea vero observans, quod propter ingressum arcae in domum Obeditom Dens benedixerat domui illius; restitit sententiam mutavit, dicens (ibid): Reducam arcam cum benedictione in domum meam: ita sane negotia sunt mature perpendenda, non temere praecipienda, ut felicem exitum habeant. Ut enim nautae, cum magnam aliquam navigationem inchoare satagunt, non statim e portu proficiscuntur, sed lempus prius observant, et semel, atque iterum in eminentem locum ascendunt, ut ventorum flatus speculentur, quos cum suae navigationi prosperos agnoscunt, continuo vela expandunt, seque navigationi committunt; ita, cum aliquod negotium occurrit peragendum, non confestim res executioni mandanda, sed prius maturo consilio perpendenda, et ruminanda, postea veluti exequenda est: quod et antiqui significare voleverunt, *testudinem cum alis depingentes*: per testudinem quidem in progrediendo quamdam morositatem, et tarditatem in negotiis perpendendis; per alas vero velocitatem postea in illis exequendis, ni fallor, significare intendebant. Quod si ad dignitates, et honores sermone convertamus, Virgo ipsa aperte nos docuit, quanta discussione opus sit in earum acceptance, cum sub illis lateant gravissima onera, angelicis quoque humeris formidanda: honorem enim, opus esse, apertissime significarunt verba Centurionis (Matth. 8), dum dixit: *Nom et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites*: ecce, non in potestate, sed sub potestate se esse affirmat, ad*

significandum, quod sua illa potestas nihil aliud erat, quam grave quoddam onus magnamque molestiam inferens. Sed quid dico, potestatem, et honorem esse onus? vere est acerba crux, ut Isaias (c. 9) de Christi loquens regio honore dixit: *Et factus est principatus super humerum eius*: quae verba exponens Glossa interlinearis pro principatu *crucem* interpretatur: ecce, quod propheta vocat, *principatum*, Glossa *crucem* appellat, quasi haec synonyma sint. Tandem ex verbis Beiparae aliud valde utile documentum erere possumus: nimiram, ut in rebus arduis non imitiamur prudentia nostra, sed sapientiam consilia quaeramus: sapientissima erat Virgo, et tamen in arduo illo negotio de virginitali cum maternitate coniungenda, non erubuit ab angelo consilium quaerere, sciscitans ab eo modum, quo id faciendum erat: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Certe Salomon (Ecc. 32) dixit: *Fili, sine consilio nihil facias*: quia, ut idem tradit, *tibi salus, ubi multa consilia*. Adverit tamen alibi Sapiens (Ecc. 6): *Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille*: prava enim electio Achitophelis in consiliarium decepit, et perdidit Absalonem; unde audeo dicere: non essent tot Absalones improbi, nisi tot essent Achitophelles, perdidit consiliarii. Imitemur ergo b. Virginem, quae non quempiam in consiliarium sibi adhibuit, sed sanctitatem consilium, et sapientiam praeditum, et archangelum Dei; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Expositionibus variis, partim ex priscorum Patrum doctrina, partim a nobis excogitatis enucleamus angelica illa verba: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Beatus Petrus Damianus (serm. 2. de nativ. Virg.) difficultatem propositi argumenti probe agnoscens, ait: *Cum beatissimae Genitricis Dei laudes scribere volumus, quia nova, et inaudita sunt, quae tractanda suscipimus, nulla inceniimus verba, quibus ad haec digne exprimerenda sufficere valeamus. Tollit enim facultatem sermonis materia singularis: quae enim lingua explicare sufficit, vel quae ratio humana non obspiciat, cum cogitare coeperit, quod Creator oritur ex creatura, factor sit ex factura; quod in virgine puellae vulva concipitur, qui castissima totius mundi amplitudine non tenetur; in cet intra matrem viscera parvulus, qui cum conternio Patre, verum omnium iura gubernat, immensus. O beata ubera, quae dum tenue lac puerilibus labiis infundunt, angelorum cibum, et hominum pascunt; exiguam exprimunt liquorum, et mundi reficiunt creatorem. Qui suae virtutis imperio marium procellas mitigat, qui fluminibus infedentes aquarum impetum subministrat, qui aridam terram innumeris ubique fontibus irrigat, raras de virgineo pectore guttas lactis expectat; manat liquor ex uberibus Virginis, et*

in carnem vertitur Salvatoris; haec ille: quibus gronda adeo commemorat, ut illa miretur natura, vereatur homo, stupeat angelus, tremat coelum, paveat terra, exhorrescat inferus. Sed nunquid propterea sensim taciturnus obdormiam, ut ubi omnem opereretur creaturam loqui, ibi inani silentio mutus inveniari? absit: *Non taceo, non in quiescam*, donec ex thalamo virgineo egrediarur ut splendor, qui splendor est Patris, et figura substantiae eius; ac sermo de stupenda eius conceptione a me conceptus, si non ut lampas, saltem, ut scintilla accendatur. Virgilius poeta apud principes agens de adventu Aeneadis in Italiam, commemorat, quod cum rex Latinus unicam haberet filiam, regni haeredem, appropinquante iam tempore, quo illa nubenda erat, vidit apud examen ex regione ultramarina veniens, quod in lauri arbore inesset, in qua dulces mellis favos elaboratur. Rex tanti portenti admirabundus, deos consulit, ut illud sibi aperiret; dum autem ad id impetrandum sacrificia offerrentur, visa est virgo Lavinia, quasi igne accensa, ardens flammis spirare: oraculum ergo respondit, ultramarinum illud apud examen significare, nullum esse dignum ex illo regno sponsum, ut ex eo, et Lavinia proles aliqua gigneretur; atque adeo ex alio valde longinquo loco venturum, qui Laviniam foecundaret; et iaque prole Latinorum genus summum honoris incrementum susciperet. Haec prophana in sacra commutans, Lavinia eius filia, Mariam dilectam aeterni Patris filiam egregie adumbrat, quae cum Iosepho non fuisse data in coniungem, ut temporalem Christi generationem coeliceret, adhuc sponso egebat, qui ad id praestandum cum ea cooperaretur. Certe terrenus non sufficerebat; et ideo Virgini divini amoris flammis exstata, coeleste oraculum consulenti: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* angelus respondit, divinum sponsum, qui amor est Patris, et Filii, in eam coelitus venturum; *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Sed adverte quaeso id, quod propositi argumenti miram arduitatem valde ostentat, quod interroganti Virgini modum conceptionis Christi, *Quomodo fiet istud?* angelus non videtur satisfecisse, dum opus illud virtute Spiritus sancti faciendum, non vero modum, quo id praestari deberet, propalavit. Sane, si cuiquam interroganti; quomodo margarita in conchilio producat, alius responderet, ex rore coeli, et virtute caloris solaris gigni; opus ipsum naturae, non vero modum, quo fit, aperiret: ita certe accidit angelo, qui interrogatus a Virgine de modo conceptionis Christi, *Quomodo fiet istud*, a deo ineffabile, et intellectui creato incognitum indicavit, ut opus patrandum in ea, non modum ei revelans, ad Spiritum sanctum divino arcanorum reseraretur, ut illum ei explicaret, b. Virginem remitteret: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*: quod sane disertis verbis locuisse mihi videtur d. Bernardus (sup. Miss.), dum dixit: *Obumbrabit tibi; hoc est, sicut obumbrando, tegit modum, quo de Spiritu sancto concipies, et occultabit, quatenus sibi tantum notus habeatur,*

et tibi: et ibidem subiungit: *Sola per se Trinitas in sola, et cum sola Virgine voluit operari; et ei datum est nosse, cui solum datum est experiri*: sicut enim Deus olim totum montem Sinai obumbrante nube cooperuit, ita ut secreta, quae tibi revelabat, soli ipsi, et Moysi innotescerent, ita nunc modum virginie conceptus divini Spiritus obumbratione adeo contextit, ut soli Deo, et Virgini maneret perspicere: unde Chrysostomus explicans verba illa: *Quomodo fiet istud?* ait: *Scio, quod Verbum caro factum est, sed quomodo factum est, nescio: ne mireris, quod ego nescio; omnis creatura id ignorat*: et d. Anselmus (*lib. de concep. Virg.*): *Spiritus sanctus, et virtus Altissimi de Virgine muliere circum mirabiliter propagavit; sed adeo mirabilis, quod a nobis incognoscibilis*: unde et d. Ambrosius (*in c. 1. Luc.*) dicit, quod nec Isaiæ fuit revelatus modus, quo Virgo erat conceptura, licet aliquando diceret (*c. 7*): *Eccc Virgo concipiet*. Nihil scius tamen ss. Patres proposita verba interpretantes, hunc modum religiose conati sunt elucidare: nam D. Gregorius (*18. moral. c. 12. et lib. 33. c. 3*) exponit, idem esse: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, ac si dixisset: *splendor ille Patris, ac lux increata corpus ex te assumet, et quemadmodum lux corpori opaco contineta obumbrabit, ita lux corpori opaco contineta te obumbrabit*, miramque refrigerium umbra sua tibi praestabit: verba eius sunt: *Umbra a lumine formatur, et corpore, Dominus autem per divinitatem lumen est, qui mediante anima in utero Virginis erat incorporandum ei, quae in corporeum concepta. Ad corpus dicitur: Virtus Altissimi obumbrabit tibi, corpus in te humanitas accipiet incorporeum lumen divinitatis*. D. Thomas (*3. p. q. 32. art. 1. ad 1*) hanc approbat expositionem, et addit, in illis verbis non solum Spiritum sanctum, sed omnes tres sanctissimae Triadis personas nominari; nomine enim Spiritus sancti tertia persona signatur, per virtutem autem aeterni Patris Filius, per quem facta sunt omnia, intelligitur; verbum autem *Altissimi Patrem* significat, cuius Filius dicitur esse virtus.

Secundo loco exponit d. Bernardus (*hom. 4. super Miss.*), asserens, Spiritum sanctum umbram fecisse Virginem, ut sustinere potuisset ardentem aeterni Patris radium, in uterum eius missum; maxime quod cum Deus ignis consumens sit, et omnis caro foenum, opus erit umbra, ne excessivus ille calor foenum exurere: verba eius sunt haec: *Quis possit intellectum capere, qualiter splendor ille inaccessibilis virginis se visceribus infuderit; et ut Virgo inaccessibilem ad se accedere ferre potuisset? de portuicula eiusdem corporis, cui se animata contempserat, reliquae massae umbraculum fecerit? Eandem expositionem tradidit venerab. Beda (*in hom. de Annunc.*), dum inquit: *Sol, idest divinitas Christi, tegmine se humanae naturae, quasi umbraculo quodam oleat, quo mediante, Virgine cum viscera ferre sufficeret; sicque virtus Altissimi obumbravit ei, dum divina Christi potentia et eam praesentialiter implecit, et ut capi possit ab ea, substantia se nostrae mortalitatis obumbravit*. Tertia expositio est d.*

Athanasi (*serm. de sanctis. Deip. tom. 3*), qui censet, per illa verba significatum fuisse Virginem, quod sicut corporis figura solet per umbram eius, tanquam per effectum cognosci, ita h. Virgo per effectus mirabiles in ea a Spiritu sancto producendos cognoscitur erat incarnationis arcaum, et modum illius: sic enim ait: *Obumbrantem virtutem Altissimi, et quasi umbras, et lineamenta facientem, ut videret, quatenus fieri poterat, Deum in se habitantem habere*. Quarta expositio est d. Augustini variis in locis, praesertim (*in Psal. 67. et epist. 57. ad Darda*), qui aliam viam ingressus, ait: *Umbra quippe ista defensaculum intelligitur ab aestu concupiscentiarum carnis; unde illa Virgo Christum non carnaliter concupiscendo, sed spiritualiter credendo concepit*. Similia dicit Hugo de s. Victore (*lib. 2. de incarn. c. 8*): *Spiritus sanctus Virginis supervenit, ut per eius operationem caro Christi de carne Virginis formaretur; et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ne substantiam carnis ministrans, carnali concupiscentia wreretur*: est etiam haec expositio Bedae (*super Luc.*), et d. Ambrosii (*lib. de us, qui myster. inquantur*). Quinta expositio est d. Chrysostomi in hunc modum loquentis: *Quomodo fiet istud, quoniam circum non cognosce? sane propter hoc erit, quoniam circum non cognosce: nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, ut huic ministerio servires. Ita quae quambrem dubites, scilicet de modo, eam ob rem crede, non quia nuptiae nuptiae, sed quia melior virginitas. Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; sic poteris parere, totum operatione Spiritus erit. Ne igitur spectes ad terram, et coelis operatio venit, spiritus gratiae est, quod fit, ne quaeras naturae modum, ne tacta nuptiarum leges intelligas. Sexta expositio est Card. Toleti, veritati valde consentanea; pro quo supponendum est, quod obumbravit in sacra Scriptura frequenter significat idem, quod defendere, aut protegere, iuxta illud (*Psalm. 139*): *Obumbrasti super caput meum in die belli*, et illud (*Psal. 9*): *Scapulis suis obumbrabit tibi*: et (*Ecclesiast. 7*), ubi vulgata nostra legit: *Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia*: hebraicum originale habet: *In umbra sapientiae: cui consonat illud Isaiæ (c. 49)*: *In umbra sapientiae, et in umbra argenti protegit me*. Hoc supposito aut, sensum verborum illorum esse: concipies Virgo, non ex viro, sed ex Spiritu sancto, cuius virtus, et potentia obumbrabit tibi, hoc est, defendet te, et virginitatem tuam, quam tanloper diligis, ita proteget, ut sine illa illius iniuria, immo cum suo decore concipies. Censet ergo Card. Toletus, totum illum sermonem esse de Spiritu sancto, posterioreque partem particulam nihil aliud, quam prioris expositionem continere; ac si clarius diceret angelus: *Spiritus sanctus superveniet in te, suaque omnipotenti virtute proteget, et confortabit, vinctque tribuet, ut sine virginitalis tuae detrimento possis concipere; quem etiam sensum amplectitur Euthymius (*in eom. hui. loc.*)*. Septima expositio est Cornelii Iansenii, decessus, quod in admiranda hac Christi conceptione Deus Pater locum obtinuit generantis, Spi-*

ritus sanctus vero vicem gessit virtutis effectivae in semine residentis, suppleudo eius efficientiam; virtus autem Altissimi, id est, Patris potentia, Mariam obumbravit, illam velut maritus amplexans: haec expositio, licet quibusdam videatur, castas obrudere aures, est tamen Patribus satis consentanea; nam Chrysostomus (*hom. 1. op. imperf.*) ait: *Unigenito Dei in Virginem ingressura, praecessit Spiritus sanctus, ut in sanctificationem nascatur Christus secundum corpus, divinitate ingrediente pro semine*: et Damascenus (*lib. 3. orthod. fidei cap. 2*) inquit: *Obumbravit super ipsam Dei sapientia, et virtus, velut divinum semen*. Ac tandem ab ea expositione non longe recedit angelicus Doctor, dum versans eundem locum (*3. p. q. 32. art. 1. ad 1*) inquit: *Sicut virtus animae, quae est in semine, per spiritum, qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum, ita virtus Dei (1. ad Cor. 1), secundum quae est ipse Filius, per Spiritum sanctum corpus format, quod assumptis*.

His antiquis sanctorum Patrum, gravissimorumque doctorum expositionibus, nostrum erit recentes, quae excogitavimus, adnectere; sit ergo octava expositio, quod obumbrare propriissime dicitur de viro uxorato; tum quia, ut Cornelius Iansen. adnotavit (*in comment. huius loci*), vir amplexans uxorem, obumbrat illam; tum etiam, quia vir sponsam vel cooperit; unde nupta dicitur a nubendo, quia velamine a marito legitur, ut in solemnitatibus nuptiarum Ecclesia romana facere consuevit; tum tandem, quia pallio cooperire foeminam erat olim signum futurae sponsationis, ut constat ex illo (*Ruth 3*): *Extende pallium super famulam tuam, quia propinquus es*; quod perinde erat, ac si diceret: Iure propinquitatis a te postulo, ut me in sponsam accipias; unde paraphrasae chaldaee verit: *me uxorem ducas, quoniam redeleptor tu*. Videns ergo angelus, Mariam respere nuptam viri, a quo esset maritali affectu cognoscenda; dixit enim: *quia circum non cognosco, occurrit ei, affirmans, non a viro, sed a Spiritu sancto umbra cooperiendum fore, cuius cooperative virtute Dominum conceptura, et paritura erat; atque adeo salva, et incoluui semper permanente eius integerrima virginitate, qua responsione pacatum reddidit Marianum animum, omnem ab eo expellens turbationem. Atque hac facti locus ille Canticoorum (7.): nam ubi nostra vulgata legit, *lectulus noster floridus*: septuaginta lolerpretes vertunt: *lectulus noster umbratus*: quibus verbis *floridi*, et *umbrati* non obscure significatur, in lectulo uteri virginitalis Christum Dominum concipiendum fore Spiritus sancti virtute, ab omni libidinis calore, velut umbra Mariam praeservante, ac salva eius integritate manente, instar plantae florem germinantis. Huc etiam faciunt verba illa difficilia Habacuc (3): *Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan*: qui enim fieri potest, ut eadem persona veniat ab austro, loco splendidissimo, et simul etiam veniat de monte umbrato, cuiusmodi est Pharan? loquitur hic propheta de Christo, qui secundum naturam divinam ab austro venit, hoc est, a Patre luminum, apud*

quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: instar austru, qui propterea merities vocatur, qui *merus dies* interpretatur, quia omni prostris obscuritate caret; secundum vero naturam humanam originem ducit ex Maria, monte umbrato: monte quidem excelso, propter celsitudinem sanctitatis, et Matris Dei sublimem dignitatem; umbrato vero, quia Spiritus sanctus virilem operam suppleans, illum instar mariti, obumbravit, et ad Christi conceptionem, salva eius virginitate, omnipotenti sua virtute illam foecundavit.

Noam iam accipe expositionem. Cum zelus virginitalis perpetuo servandae sollicitam, et pavidam redderet Virginem, conceptum, et partum audientem: *Eccc concipies, et paries*, certe angelus, ut illam certam, ac securam omnino faceret, absque ullo integritatis suae detrimento concepturam fore, respondit: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Unde cum Spiritus sanctus arbor sit omnium optima, ex qua omnes bonorum operum fructus prodierunt, certissima esto, umbram huius coelestis arboris hand nocivam esse instar humanae, quae dum sponsum adumbrat, virginitalatem fugat: haec enim mirabilis divini Spiritus umbra virginitalitatem tuam non laefactabit, sed conservabit: experimento certe id dilucit b. Virgo verissimum esse, cum dixit (*Cant. 2*): *Sub umbra illius, quem desiderabat anima mea, sedi, et fructus eius dulcis gustari meo*.

Dicitur expositio potest fundari in eo, quod umbra est imago rei, cuius est umbra: unde ubi nostra vulgata legit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, alia versio habet: *Faciamus hominem ad umbram nostram*: ecce homo vocatur *umbra Dei*, quia creatus est ad imaginem eius: accidit autem, ut umbra haec peccati litura deturparet, et deformaretur, ad eius tamen restaurationem, et reparationem placuit divinae omnipotentiae aliam pulchritudinem, et stabiliorum umbram facere, humanitatem scilicet Christi Domini, quae instar perfectissimae imaginis, ipsum, ac varias eius perfectiones ad vivum exprimeret, prout revera expressit. Pro inimicis elenim orare, immensam Dei bonitatem; pro peccatis satisfaciendis sanguinem effundere, divinam iustitiam; per multa peccata liberaliter condonare, eximiam Dei misericordiam; tenebrarum principem devincere, mirabilem fortitudinem; a dila coelestium rerum arcaea pandere, summam Dei sapientiam; inferni seras reserare, spolia eius detrahere, propria virtute resurgere, et in coelum scandere, divinam omnipotentiam, non secus, ac umbra corporis figuram referet, admissim experibant. Angelus igitur volens certiorum facere b. Virginem, primam illam umbram, per hanc secundam in eius utero fundandam, et per umbram horologii Achaz decem lineis retrocedentem reparandam fore, idcirco absque ulla sine integritatis iactura, idcirco dixit (*Luc. 1*): *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*: immens in hoc, quod sicut materialis umbra nullum scissurae detrimentum subiecto, cui inest, inferit, sed potius instat umbrae lauri et salutifera esse solet, sic sacra humanitas Christi, umbrae divini radii in opaco vir-

ginei uteri corpore formanda, nihil detrimenti Marianae integritati illatura esset. Ultimam tandem expositionem addo, propositis verbis satis congruam, habetque fundamentum in verbis Theophylacti (*super cap. 1. Luc.*), ubi ait: *Sicut avis obumbrat pullos, ita et divina virtus totam Virginem apprehendit. Obumbrare quidem certum protectionis genus denotat, persimile valde ei, quod avis suis pullis impendit. Bifariam autem avis pullos suos protegere noscitur: primo modo, cum intra vitellum sunt, et tunc non aliter protegit, quam sub umbraculo alarum, nativo suo calore illos confovens, ut virtute eius in lucem prodeant: secundo modo, quando iam foras productos nutrit, ac debiliem cibum ad eorum incrementum eis exhibet: ut ergo haec duo officia sacra Virgo praestare possit erga Christum, Spiritus sanctus, instar avis incubantis, in eam supervenit, virtutem ei conferens; tum, ut virgo manens, focunda esset, et filium conciperet; tum, ut postquam illum peperisset, eundem ubere de coelo pleno posset lactare, et nutrire; unde Spiritus sanctus instar divini sponsi virginem obumbravit, foecunditatem ei conferens, et virginitatem conservans, ut ipsa, tanquam vera mater, Verbum divinum humanae carnis velamine cooperiens, in vitello uteri sui obumbraret; ac deinde temporaliter natum, et in lucem editum coelesti lactis sui neclare, ac dulcissima ambrosia refeceret, aleret, atque nutrebat. Duo tamen ad proposita verba hucusque exposita melius intelligenda, explicare oportet, primum est, quare opus hoc conceptionis Christi in utero virgineo adscribitur Spiritui sancto? Spiritus sanctus supervenit in te: unde et concilium Nicaenum ait: *Christum conceptum de Spiritu sancto*; cum tamen Augustinus (*1. de Trin.*) dicat, indivisa esse opera Trinitatis ad extra? Respondeo, certum esse, totam Trinitatem conceptionem Christi operatam esse, secundum tamen singularem aliquem modum singulis personis tribuitur, Patri, ut militanti Filium, ut temporaliter conciperetur; Filio, ut assumpti naturam humanam; Spiritui sancto, ut formanti in consortio Virginis corpus Christi ex purissimo eius sanguine. Quare autem Spiritui sancto tribuitur magis huiusmodi formatio, quam Patri, aut Filio, Augustinus (*in Enchir. c. 40. tom. 3.*) hanc reddi rationem: *Iste modus, quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis praecedentibus meritis, in ipso primo eordio naturae suae, quo esse coepit, verbo Dei copularetur, in tantam personae unitatem, ut idem ipse esset filius Dei, qui filius hominis, et filius hominis, qui filius Dei*; haec tamen d. Augustinus. D. autem Thomas (*3. p. q. 32. art. 1. in corpore*) ait, formationem, et conceptionem Christi propterea speciali ratione Spiritui sancto tribui, quia ille est amor Patris, et Filii; Deum autem assumere carnem humanam, ortum habuit ex summo Dei amore, iuxta illud d. Ioannis (*c. 3.*): *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Tertiam nos congruentiae rationem addimus: quia cum Spiritus sanctus non habeat aliquam productionem activam aeternam, et ad intra, ut scho-**

lastici theologi loquuntur, in qua suam manifestare potentiam, ideo convenienter, ut illa magis mundo innolescat, ei tribuantur opera omnia ad extra tam in ordine naturali, quam supernaturali: unde sicut in creatione mundi ait Moyses, quod Spiritus Domini ferebatur super aquas; ita in reparatione eiusdem idem Spiritus ferebatur super Virginem, angelo dicente (*Luc. 1.*): *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.*

Verum restat dubiolium aliud explicandum, quod ex hac doctrina oriri videtur: nam si speciali ratione Spiritui sancto tribuitur, quod formaverit corpus Christi, etiam deberet ei attribui, et adscribi esse patrem illius; maxime quia Spiritus sanctus supplevit in generatione Christi virilem operam, atque adeo substitutus fuit loco patris. Unde sicut b. Virgo dicitur mater Christi, quia subministravit materiam purissimi sanguinis sui ad formandum corpus illius, ita Spiritus sanctus, quia tanquam activum principium effective produxit illud corpus, erit pater illius, et genitor. Respondeo ex unanimi sententia omnium theologorum, neque Spiritum sanctum, neque totam Trinitatem, licet alioquin active concurrerit ad temporalem Christi generationem, patrem eius dici posse: quia pater per generationem communicat aliquid filio de sua propria substantia, ratione cuius evadit filius similis in natura suo patri; Spiritus sanctus autem, et tota Trinitas nihil de sua substantia per generationem corporis Christi ei contulerunt, nec ipse ex vi illius produxit similis Spiritui sancto, aut toti Trinitati; et ideo neutri convenire potest esse patrem Christi. Docuit hanc doctrinam angelicus Doctor (*3. p. q. 32. art. 3.*) in haec verba: *Dicens, quod Christus conceptus est de Maria Virgine materiam ministrante in similitudine speciei; et ideo dicitur filius eius. Christus autem secundum quod homo conceptus est de Spiritu sancto, sicut de activo principio, non tamen secundum similitudinem speciei, sicut homo nascitur de patre suo; et ideo Christus non dicitur filius Spiritus sancti: idque satis explicavit angelus, cum protatis illis verbis: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, continuo subiunxit: Ideoque et quoad nascitur ex te sanctum, coabitavit Filius Dei: non dixit: filius Spiritus sancti, nec filius Trinitatis, sed Dei, scilicet Patris; cui cum Filio, et Spiritu sancto sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XIII.

Ingenti animi conceptionum copia, multiplicique sacrae Scripturae eruditione elucidantur verba illa: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, ubi de obedientia, humilitate, et fortitudine Virginis permulta traduntur.

Cum satis exploratum, ac manifestum sit, potuisse Spiritum sanctum Christi conceptionem in virgine Mariae utero perficere absque Mariano assensu; non potest mysterio vacare, quod

non aliter eam perferret, quam Virginis interveniente consensu. Sanctus Augustinus (*serm. de Nativ. Dom.*), necnon d. Thomas (*3. p. q. 30.*) aiunt, quod, quia in omni matrimonio requiritur non solum consensus viri, sed et foeminae; ideo in celebratione matrimonii Verbi divini cum humanitate, et Christi cum Ecclesia, quorum meminit sponsa dicens (*Cant. 3.*): *In die desponsationis illius, et in die laetitiae cordis eius, oportebat, ut non solum ex parte Verbi divini, sed et naturae humanae, cuius vicem gerebat Virgo, consensus adesset. Id etiam eleganter, ut assolet d. Chrysologus (*ser. 140.*), his verbis dixit: *Ad Virginem Deus aligerum patitorem mittit; nam dat arham, dotem suscipit, qui fert gratiam, fidem refert, et tradit, munere virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsonem. Sed praeter hanc rationem tres ad idem praecipue occurrunt; prima, quia sicut Deus per gratiam suam, tametsi efficacissimam, nullam personam ratione utentem ad amicitiam suam sine consensu illius pertrahit, ita cum per hoc mysterium b. Virgo ad singularissimam cum Spiritu sancto amicitiam, et continuationem ineamdam elevaretur, utpote quae speciali ratione futura erat eius sponsa, et consors ad Christi generationem efficiendam, certe ad suavem Dei providentiam pertinebat, ut liberum Mariae expecteret consensum: unde Rupertus (*lib. 1. in Cant.*), et eruditissimus Guilielmus, interpretantes verba illa: *Osculetur me osculo oris sui*, aiunt, per illa significasse beatam Virginem consensum, quem adhibuit ad Verbi incarnationem in proprio utero perficiendam: verba Guilielmi (*sup. 1. cap. Cant.*) haec sunt: *Incarnationis Dei Filii praemisit ad eam unum ex familiaribus suis, ut consensum, et cooperationem eius flagigaret; quippe notabat omnipotens suae incarnationis miraculum operari in ipsa, non cooperante ipsa; nec carnem volebat assumere ex ipsa, non dante ipsa; non sic quando immissit soporem in Adam, ut de corpore nescientis tolleret, unde illi mulierem formaret; haec ille. Secunda ratio: quia, cum incarnationis arcaum fuerit Deo omnium opus gratissimum, oportebat, ut cooperatio Virginis ad Christi conceptionem esset spontanea, et libera, ut sic Deo grator existeret: *Hilarem enim datorem diligit Deus* (*2. Cor. 9.*); coacta autem obsequia, et per vim extorta parum, vel nihil ei ardent: unde d. Ambrosius (*super cap. 1. Luc.*) eleganter dixit: *Nec sane ita operatur Deus in electis suis, ut artifex in materia inanimata, et insensibili: requirit enim ille assensum nostrum, quem etiam angelus ex Virgine assensu est, cum illa dixit: ecce ancilla Domini. Accedi ad haec, quod beneficium non confertur invito, ut docuerunt iurisconsulti in l. invito ff. de regul. iur. oportebat igitur, ut b. Virgo consentiens dignitatem Matris Dei acceptaret. Tertia ratio sit: quia conveniens erat, ut sicut humani generis ruina non sine assensu foeminae accidit, ita nec eiusdem restauratio absque foeminae consensu perficeretur; ita adnotavit s. Petrus Chrysologus (*ser. 142.*) dicens: *Andis agi, ut homo cursibus iisdem, quibus delapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam; agit cum Maria angelus, quia cum Eva an-*****

gelus egerat de ruina, ut nostrae perditionis conveniens nostrae reparationis principium responderet: immo b. Petrus Damianus (*ser. de Ann. Virg.*) his adiunxit: *Per ipsam, et in ipsa, et de ipsa totum quod faciendum decernitur, ut sicut esse illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit. Quarta tandem ratio sit, ideo voluisse Deum, non aliter, quam dependenter ex Virginis consensu incarnari, ut sic tantae Virginis obligatioribus debitores nos omnes constitueret, videntes, ex eius voluntate nostram omnium salutem dependisse. Hanc certe rationem perpendebat d. Bernardus (*hom. 4. sup. Miss.*), cum dixit: *Expectamus et nos, o Domina, verbum miserationis: ecce offertur tibi pretium salutis nostrae; statim liberabimur, si consentis: hoc lotus mundus tuis genibus provolutus expectat, ex ore tuo dependet redemptio captivorum; responde ergo verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant superi; et ibidem etiam alia subdit Bernardus mellifluis eius calamo digna: *Expectat angelus responsum, expectamus et nos, o Domina, verbum miserationis, quos miserabiliter premit sententia damnationis. In semperiterno Dei verbo facti sumus omnes, et ecce morimur: in tuo brevi responso unius sciendi, ut ad vitam revocemur. Hoc supplicat a te, o pia Virgo, hebitis Adam cum misera sobole sua, ecul de paradiso; hoc Abraham, hoc David, hoc totus mundus tuis genibus provolutus expectat: o Domina, responde verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant et superi: ipse quoque omnium Rex, et Dominus, quantum concepit decorem tuum, tantum desiderat et responsionis assensum; haec tamen d. Bernardus: quibus non dissimilia habet Augustinus (*serm. de Nativ.*), ubi inquit: *Responde iam Virgo sacra, assensum tuum angelus praestolatur, Deus in porta est, angelum, quem moraris, expectat, o beata Maria; saeculum omne captivum tuum deprecatur assensum, te Deo mundus suae fidei obsidem facit, per te parentum suorum iniurias obstergi deprecatur: haec Augustinus. Videor mihi nunc videre Deum tunc temporis scaeae coelestis iam imitentem, et descensum in terras parantem, quemadmodum Iacob olim illum vidit, ut legitimus Genes. 28.****

Ceterum, iam explicare exordium sacratissima illa verba, quibus b. Virgo consensum suum expressit (*Luc. 1.*): *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Inter alias Virginis virtutes, duae praesertim in propositis verbis mirum in modum effulgunt, obedientia nempe, et humilitas, et quidem obedientiam satis indicat verbum illud, *Ecce*: quod magnam animi promptitudinem ad superioris mandatum exequendum praesertat, ut non obsecrare commonstrat illud Balaam, qui ad regem Balac respondit: *Ecce adsum*; et illud Samuelis, qui ter a Domino vocatus, et totidem ab Heli sacerdote accessit, occurrit, dicens (*1. Reg. 3.*): *Ecce ego Domine: necnon illud Isaeiae in persona Christi dicens: *Tunc dixi: ecce venio.* Quare, sicut olim, ut *1. Reg. 25.* legitur, quando nuntius David ad Abigailem missus, ut certiorum illum faceret, electam esse in uxorem regis, ipsa respondit (*ibid.*): *Ecce famula tua sit in ancillam, ut laetet pedes ser-**